

MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80190-12

MICROFILMED 1992

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

JORDANUS, JOANNES

TITLE:

INEST IN ALIQUOT
PLUTARCHI...

PLACE:

ONOLDI

DATE:

1834

Master Negative #

91-80190-12

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

BKS/PROD Books FUL/BIB NYCG91-B63823 Acquisitions NYCG-AE
Record 1 of 0 - Record added today

+
ID:NYCG91-B63823 RTYP:a ST:p FRN: MS: EL: AD:07-09-91
CC:9668 BLT:am DCF:? CSC:? MOD: SNR: ATC: UD:07-09-91
CP:nyu L:lat INT:? GPC:? BIO:? FIC:? CON:???
PC:r PD:1991/1834 REP:? CPI:? FSI:? ILC:???? MEI:? II:?
MMD: OR: POL: DM: RR: COL: EML: GEN: BSE:
040 NNC‡cNNC
100 10 Jordanus, Joannes.
245 10 Inest in aliquot Plutarchi vitae Ciceronianaे capita commentarius‡h[mi
croform].
260 0 Onoldi. ‡bEx Officina Brugeliana, ‡c1834.
300 32 p.
LDG ORIG
QD 07-09-91

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm

REDUCTION RATIO: 13 1/2

IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB

DATE FILMED: 8-16-91

INITIALS M.B.

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT





AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100

Silver Spring, Maryland 20910




301/587-8202



Centimeter



Inches



MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

Plutarhol
with Vita Ciceronis No. 2

88 PZI
122

SOLENNIA ANNIVERSARIA

IX

GYMNASIO REGIO ONOLDINO

D. IV. MENSIS SEPTEMBRIS MDCCCXXXVII.

RITE CELEBRANDA

INDICIT

D. JOANNES JORDANUS.

Professor.

INEST IN ALIQUOT PLUTARCHI VITAE CICERONIANAE CAPITA COMMENTARIUS.

O N O L D I,

E X O F F I C I N A B R U E G E L I A N A .

1834

CAPUT VII.

PRAEFONITUM.

Primum huius Commentarii specimen prolusionis scholasticae loco quattuor annis abhinc in lucem editum nec sine honorifico Virorum Doctorum plausu et comprobatione acceptum (cf. Annal. Bavaric. anni 1854. p. 552.) nunc alterum subsequatur, dum liber totus, jam paene ultimam expertus limam, quo tanquam duce adjuti discipuli nostrae curae concrediti et dilectissimi ad Plutarchi, auctoris utilissimi et praestantissimi, Vitas cum fructu pariter ac voluptate legendas adducantur, typis exscriptus in publicum evulgetur.

ERRATA OPERARUM.

Pag. 4 lin.	7 lege <i>πάτερ</i> .
" 4 "	10 ἐν pro εκ.
" 11 "	10 ἐκείνου pro ἐκείνον.
" 14 "	7 προσθήκη pro προσθήκη.
" 15 "	2 πολλούς pro πολλούς.
" 18 "	15 lege: διαπεφευγέτες.
" 20 "	2 συνερχομένων addi καὶ καταλογί- ζομένων.
" 21 "	17 lege: maxima permittitur.

Pag. 23 lin.	9 βεβιωκέναι.
" 23 "	12 Sallustium.
" 23 "	19 triumphalem pro triumphalem.
" 24 "	6 Sicilia.
" 23 "	25 κατὰ pro κατα.
" 26 "	26 ηὐθέχ pro ηὔθεχ.
" 26 "	24 τὸν pro τον.
" 29 "	17 ταχιστα pro τάχιστα.
" 31 lin.	penultima μέχρι pro μεχρι.

Ἀπτόμενος δὲ τῆς πολιτείας) Quum jam animum ad rempublicam convertisset. Απτεθαί τινος est rem attingere, inchoare, ad rem gerendam aggredi, rem tractandam suscipere. Romul. 7. ἀπτόμενος ἐπινοίᾳ καὶ τύχῃ τῆς ἀληθείας. Alcibiad. 17. Συκελίας — ἡπτοντο. Ibid. 27. μαλακότερον ἡπτοντο τοῦ πολέμου. Coriol. 33. καὶ ἐπινοιαν οὐκ ἀθείαστον ἀγαμένη τοῦ συμφέροντος. Timol. 7. ὥστε-μηδεμᾶς ἐπιφανοῦς, μηδὲ πολιτικῆς ἀγασθαι πράξεως. Aemil. Paul. 1. ἐμοὶ μὲν τῆς τῶν βίων ἀγασθαι γραφῆς συνέβη δι' ἐτέρους. Et alias sexcenties. Plura exempla attulit Heldius in Aem. Paul. p. 123. et Reiskius in indice.

Χώραν) ubi eorum cuique suus locus sit h. e. ubi locorum ea conveniat applicari, admoveri, in usum vocari; vel etiam, ubi eorum quodque situm, suspensumve sit in officina, ut facile inveniatur. Reiske. Schirachius cum Kindio vertit: die Oerter, wo sie befestigt würden. Kaltwasser: ihren Platz — wüssten. Amyot: les lieux, où ils les doivent prendre: cui explicationi Coraius calculum adjicit propter sequentem comparationem: τὸν τόπον, ἐν φέτῳ γνωρίμων ἔκαστος οἰκεῖ. Idem suspicatur, Plutarchum μηδὲ χρείαν scribere potuisse. Ceterum haec altera Kaltwasseri explicatio vindetur simplicior, dubitandumque est, num χώρα per se locum, cui adhiberi aliquod instrumentum debeat, sive usum instrumenti significet. De τόπος minus dubitaverim.

δύναμιν) quae sint ei vires, quid efficiat. Reiskius.

πολιτῶν) Sic Bryano probante cum Anon, dederunt Reiskius, Hutten., Bart., Wy-

tenb., Schaefer., Frotscherus, expresseruntque Amyot. et Cruserius pro vulg. πολιτικῶν, quod sententiam prorsus enecare censem Bartonus.

ὅτεν οὐ μόνον τῶν ὀνομάτων εἴθιζε μημονεύειν αὐτὸν) Sic Barton., Wyttenthalius, Schaeferus, Coraius, Frotscherus e duobus MSS. receperunt, pro vulgari lectione εἴθιζεν αὐτὸν, omisso τῷ μημονεύειν, quam Henr. Stephan., Froben., Xylander, Reiskius, Huttenius etc. habent.

Ἐθίζειν τινά τι, η̄ πρός τι, η̄ περὶ τι adsuefacere aliquem ad aliquid. Luc. in Anachars. πρός τοὺς πόνους τὰ σώματα ἐθίζοντες. Isocr. in Panath. τοὺς παιδεῖς τοὺς ἑαυτῶν ἐθίζοντι περὶ τοσαύτας προγματείας διατρίβειν.

καὶ χωρίον, δέ κέπτηται — ἔγγνωσκε) Non dubitavi hanc Reiskii conjecturam cum Frotschero recipere pro vulgari, quae omnibus linguae legibus adversatur, χωρίον, οὐ κέπτηται, etsi Coraius vulgatam tuerit, οὐ pro adverbio ὅπου accipiens. Ἀπὸ κοινοῦ, inquit, λαμβανομένου τοῦ, Τόπον, ἔστιν η̄ συνάρτησις, Καὶ τὸν τόπον οὐ (τοιτέστιν, ὅπου) ἔκαστος κέπτηται χωρίον.

καὶ φίλοις) φίλοις dat Juntina, in dativo, non male, sed tum quoque γείτοσιν sit legendum. Reiske.

μήτε μισθοὺς, μήτε δῶρα προξεμένος) Quod lege Cincia seu munerali de donis et muneribus „ne quis causas muneribus donisque acceptis ageret“ a Cincio, tribuno plebis, a. u. c. 549. lata, et a Q. Fabio Maximo sene plebi commendata, erat vetitum V. Cic. de Senect. 4. de orat. II, 7.; ad Attic. I, 20.; Tac. Annal. VI, 5.; Liv. XXIV, 4.; Cic. de Petri. Cons. „Haec tu,“ inquit, „plane ab iis postulato, ut quoniam, nulla impensa, per te alii rem honestam, alii salutem et fortunas omnes obtinuerunt, nec aliud ullum tempus futurum sit, ubi tibi referre gratiam possint, hoc te officio remunserent.“

πεπτὰ Βέβηκον δίκην) Haec causa omnium longe celeberrima a. u. c. 684. Cn. Pompejo et Crasso Coss. a Cicerone aedile designato acta est. Cf. Cic. Verrin. libb. VII. ed. Zumptius. Berol. 1831. p. 4.

εἰλεν, οὐκ εἰπὼν, ἀλλ᾽ εἰς αὐτὸν τρόπον τινὰ τοῦ μὴ εἰπεῖν) Pro εἰς αὐτοῦ conjicit Franc. Fabricius in Cic. Historia ad annum XXXVII εἰσενόρων commodius legi posse, sed ab Adr. Turnebi litteris edoctus, εἰς αὐτοῦ τρόπον τινὰ τοῦ μὴ εἰπεῖν esse: quodammodo abdicata eloquentia, locum intactum reliquit. Locus mihi quidem ita explicandus videtur, ut vocabula ita ordinentur: εἰλεν, οὐκ εἰπὼν, ἀλλα τρόπον τινὰ εἰς αὐτὸν τοῦ μὴ εἰπεῖν, tum, ut praepositio εἰς pro διὰ accipiatur et sensus sit: convicit eum

nón dicendo, sed quodammodo hac ipsa ratione, ut non dicerei. Cf. Plut. Themist. c. 29. et ibi Sintenium, Buttmannum ac Stallbaumum ad Plat. Crit. I. et Baehrium ad Plut. Philopoem. p. 64 etc. Viger. ed. Herm. p. 600. Plerique interpretes, id quod miror, voculas illas, quasi non legantur, vel nihil significant, negligunt.

στρατηγῶν) Quos Plutarchus ait στρατηγῶνς Verri gratificatos judicium distulisse, illi nondum magistratum inierant. — Per στρατηγῶνς Q. Hortensium et Q. Metellum Coss. et M. Metellum Praetorem voluisse complecti videtur, sed existimasse hunc illos in magistratu fuisse, qui tantum essent designati. Corrad. Quaest. p. 59. Cui prorsus assentior; nam locus de M. Glabrone ceterisque ejusdem anni praetoribus intelligi nullo modo potest. Barton. Hortensius, qui Verris causam agebat, judicium in annum sequentem dilaturus erat, ut magistratus novi longe benevolentiores rem omnem profligarent. M. vero Glabrio, tum praetor, vir justus integerque et ab omni partium studio alienus, nullam Verri spem suppeditabat.

εἰς τὴν ώρατην) sc. ἡμέραν τοῦ ἔτους ἔκεινον. Quis non hinc colligeret, uno die, eoque anni ultimo, totum hoc de Verre negotium confectum fuisse? Quod longe secus est. Nam ineunte mense Augusto consilium contrahendi judicii cepit Cicero, veritus, ne toti quinque menses usque ad Calend. Januarii negotio non sufficerent. Nonae sunt hodie Sextiles: hora nona (Zumptius: VIII.) convenire coepistis. Hunc diem jam ne numerant quidem. Decem dies sunt ante ludos votivos, quos Cn. Pompejus facturus est. Hi ludi dies XV auferent: deinde continuo Romani consequentur. Ita, prope XL diebus interpositis, tum denique se ad ea, quae a nobis dicta erunt, responsuros esse arbitrabantur: deinde se ducturos et dicendo et excusando facile ad ludos Victoriae: cum his plebejos esse conjunctos, secundum quos aut nulli, aut per pauci dies ad agendum futuri sunt: ita defessa et refrigerata accusatione, rem integrā ad M. Metellum praetorem venturam. In Verrem Act. I, 10. — Multis autem diebus, ut Asconius inquit, prima actio celebrata est, dum testes Verris producuntur criminum diversorum, dum recitantur publicae privataeque litterae; quibus rebus adeo stupefactus Hortensius dicitur, ut rationem defensionis omittat: adeo percusus Verres, ut abiret in exsilium sua sponte. Ascon. in Verrem Act. I, 18.

Fortasse Plutarchus voce ἡμέρας pro quovis tempore usus est, qua ratione spatium temporis dies CX complectens dies peregrina dicitur. Act. I. in Verr. 2. Aut ἡμέρας χρόνος esse potest tempus judicii legitimum, quo sensu vox ἡμέρα occurrit apud I. epist. ad Corinthios 4, 3. ίνα ωφ' ύμῶν ἀνακριθῶ, η̄ ὑπὸ ἀνθρωπίνης

γημέας. Barton. Cf. Moshemii Erklärung des ersten Briefes an die Corinther. Altona 1741. p. 227.

ἐπιχρίνας) Reiskius suspicatur ἀναγόνας, percontatus, vel, cum interrogasset, examinasset. Quam conjecturam et latinus interpres „interrogatis testibus“ et Amyotus „les ayant fait interroger“ et Kaltwasserus „hörte die Zeugen ab“ comprobarunt. Ἐπιχρίνειν enim et a nostro scriptore et ab aliis sensu comprobandi, statuendi, ratum habendi usurpatur. Lycurg. 6. τὴν δύντο τῶν γεόρτων καὶ τῶν βασιλέων προτεθέσαν (γνώμην) ἐπιχρίναι κύριος ήν οὐδῆμος, quam (sententiam, rogationem) senatus et reges promulgassent, jus populo erat comprobandi. Ages. 2. ταῦτα μὲν οὖν ἐπιχρίνεις αὐτὸς εκ νήσης διηγήσεως, haec vero statues (dijudicabis) ipse ex narratione. Hinc ἐπιχρίνας nil aliud significat, quam post auditos testes a Cicerone, quomodo tota causa se haberet, oratione comprehensum esse, id quod hodie quoque ibi fieri videmus, ubi causae publice atque dicendo aguntur. Prius enim, quam judices sententiam ferant, ex omnibus testimoniis atque documentis rei status atque conditio breviter recenseri atque judicibus in memoriam revocari solet. (Es wird ein Resumée der Verhandlungen gegeben und der Thatbestand kurz wiederholt.)

ἐκελευσε—τοὺς δικαστὰς) Tenuerat Verres ex praetura Siciliam provinciam per trienium, atque in ea fuerat libidinose, avare crudeliterque versatus. Quare cum tandem a. u. c. 688. L. Metellus ei succederet, repetundarum reus a Siculis postulatus est; qui omnes, praeter Syracusanos et Mamertinos, M. Tullium ad accusandum descendere compulerunt, jampridem illis necessitudine copulatum, quod quaestor in Sicilia fuisset, et decedens multa iis benigne promisisset. Suscepto patrocinio Siciliensi, extitit Q. Caecilius Niger, natione Siculus, libertinus et Judaicae religioni obnoxius, ut ait Noster, Verris quaestor, ab eoque subornatus, ut legatis Siculis actionem eriperet, quo facilius res tota reprimeretur, simulans, se potius accusatorem constitui oportere, quod a Verre laesus, jure illi inimicus esset, quod, quippe qui quaestor illius fuisset, omnia ejus crima sciret, et quod Siculus pro Siculis ageret. Quas fallacias omnes Cicero divinatione, utri, sibi, an Caecilio, liceret accusare, elusit, et primam Verrinam de accusatore constituendo dixit; tum, accusatione ad se delata, cum L. Tullio patruelē totam Siciliam colligendis literis in Verrem et denunciandis testimoniorum diebus quinquaginta peragravit, et Romam reversus, cum videret, id agi, ut a M. Glabrone praetore, et ab aliis judicibus, qui tunc erant, ad alium annum aliumque praetorem res tota transiret, longa oratione praetermissa, tantummodo testes ad unumquodque crimen citavit

eisque Hortensio, Verris patrono, interrogandos dedit; id quod secunda in Verrem actione factum est, quae praeterea exhortationem continet judicum ad vere judicandum, minis additis in adversarios, omnia tentantes ad corrumpendum judicium. Quo factum est, ut, primo die magno testium numero citato, alter dies amicis Verris et defensoribus non modo spem victoriae, sed etiam voluntatem defensionis auferret, et Hortensius nihil, quod contradiceret, inveniret. Verres convictus sua sponte Massiliam exsulatum abiit, in quo exsilio illum consenisse, donec a Triumviris post Ciceronis mortem proscriptus perierit, auctor est Senec. in Suas. I. I. Plin. N. H. 4. 2. Lactantius Instit. div. lib. 2, 4. Cf. Middleton tom. I. p. 102. Franc. Fabricius in vita Cic. ad annum 37. Cic. Verrin. ed. Zumpt. p. 52.

Βέρρην γὰρ οἱ Παμφαῖοι τὸν μὴ ἐκτετμημένον χοῖρον καλοῦσι) Hanc lectionem Barton., Wyttbachius, Coraius et Frotscherus ex uno Anon. exhibuerunt, et interpretes Bochius, Amyotus et Kaltwasserus recte secuti sunt, etsi in libris omnibus impressis negotio μὴ desideratur. Hanc nostram lectionem Moses Solanus quoque comprobat. Rualdus in adnotatione XXIX. longissima atque doctissima τὸ μὴ desiderari quidem ostendit, sed hujus vocis omissionem ipsi Plutarcho, qui sermonis latini imperitor fuerit, vitio vertit.

Καυκᾶλος) Q. Caecilius Niger, natione Siculus, et Quaestor Verris, contra quem Divinatio seu prima Verrina Ciceronis est, idem esse videtur, quem Plut. in vit. Demosth. c. 3. hominem in omnibus rebus audacem nominat, qui, virum tenuitatis immemor et juvenili arrogantia abreptus, Demosthenis cum Cicerone comparationem ediderit. Cf. Coraius animadv. ad vit. Demosth. c. 3. et Suidas.

ἢν δὲ τῷ Βέρρῃ ἀντίτιτος νιός, — ὥρας) Erat Verri filius adultus, quem parum pudice fama tenebat forma uti.

τὴν μὲν εὐθείαν sc. ὁδὸν, recta via et ratione. Cf. Lamb. Bos ellips. Gr. ed. Schwebel. p. 227.

πλαγίως per ambages, occulte et aenigmatische.

ἔλεγαν τίνην Σφίγγα) Sphingem hanc aeneam fuisse dicit Quintil. Inst. oratt. 6, 3. Plinius ex aere corinthio N. H. 34, 8. Barton.

αινιγμάτων λύσεως) Sic Reiskius de suo dedit pro vulg. λύσεων. Bartonus, Wyttbachius, Huttenius, Schaeferus, Coraius, Frotscherus eandem illam lectionem recte receperunt.

καὶ μὴν) Bryanus inseri vult post hanc vocem ἐφη, non adsentientibus editoribus recentioribus, facile enim τὸ εἶτε ex superioribus huc transfertur.

C A P U T VIII.

ἔβδομοι κοντά — διαβαλλόντες LXXV myriades, drachmarum scil., aut denariorum, con-
ficiunt nostri argenti 300,000 flor. At Cicero nunquam litem minoris, quam H. S. quadringenties aestimavit, quod est nostrae pecuniae circiter 4,000,090 flor. (vid. I. act. in Verrem 18.), unde conjicit Rualdus Animad. 30. locum hunc Plutarchi esse corruptum. Sed neque ipsius Ciceronis aestimatio reprehensione caruit; cum enim in Q. Caecilium diceret, H. S. millies (10,000,000 flor.) repetebat (Divinat. 5.), deinde tantum quadringenties (4,000,000 flor.). Ciceronem ita liberat Asconius: *Primum, cum non suo ore, sed Siculorum loquatur accusatorie vociferantium; deinde, si maxime ad eum referenda sunt, quae dicit, adhuc non sit instructus contra Verrem, nec ad plenum noverit causam. Tertio cur aut calumniatoris, aut praevaricatoris personam subeat, cum aliud agatur? Non enim de condemnando Verre, sed de constituendo accusatore configitur.* — Ascon. in Divin. 5. Alterum accusationis caput memorat, sed non dissolvit idem Asconius. — *Quamvis sestertiū octingenties dupli nomine exigi usus est, sestertiū tamen quadringenties tantummodo repetitum est: ad gratiamne Hortensiū, an etiam conniventia Ciceronis ipius, parum comperimus.* Asconius in Verr. Act. I, 18. Barton. Rualdus numerum hunc aut ipsius Plutarchi errore falsum, aut librariorum culpa corruptum censet, et legendum ὄχτακοσίων vel ἑννακοσίων ἔβδομοι κοντά πέντε μυριάδων. Myriades LXXV. compendiose et loquendi more Graecis usitato appellat septingena quinquagena millia drachmarum, in quarum singulas quaternos sestertios nummi Romani solet imputare, ut sit ea summa duntaxat H. S. tricies. Quis credit, praevaricari usque adeo et voluisse et potuisse M. Ciceronem, ut septies *vicies* (*tricies* scribere debuit, tribus enim numero quadragenario subductis *supersunt* septem et *triginta*) prope minoris, quam lex jubebat, litem eam aestimarit? Nam quadringenties H. S. ex Si-

cilia Veres abstulisse accusabatur. Act. I. in Verr. 18. — Repetundarum damnatos pena duplionis vulgo, et major aliquando, manebat, ut ex libris juris manifestum est, et Asconius apertis verbis attestatur. Igitur minimum H. S. octingenties nomine dupli repeti exigique a Verre oportuit, quod orator inter agendum non modo praestitit: sed etiam rapti sesqualterum, i. e. H. S. millies per σύξησιν palam ac diserte in Divin. 5. flagitavat.

Tricies H. S. nostro numismate sunt 300,000 flor.; quadrangentes 4,000,000 flor.; octingenties 8,000,000 fl.; denique millies sunt 10,000,000 flor. Has tam ingentes summas in primam illam tam exiguum Ciceronis conniventia et praevaricatione decrevisse et imminutas esse non sane quisquam sibi persuadere possit. Middleton. tom. I. p. 112. conjicit, summae repetundarum tum simplum tantum, non duplum, ut alias, esse restitutum, ideoque Ciceronem, Plutarcho auctore, in suspicionem litis imminutae adduci potuisse, etsi eum illa ipsa causa maximam et solertiae et probitatis gloriam sibi peperisse constet.

ἐπ' ἀγνώστῳ, pecuniā acceptā.

χάριν εἰδότες) χάριν γιγνώσκειν, ἐπίστασθαι, εἰδέναι, ἔχειν habere gratiam, vel gratias; χάριν λέγειν, agere gratias; χάριν ἀποδόναι, ἀπονέμειν, ἔκτινειν, τίνειν, re-
ferre, tribuere, reddere gratiam; χάριν ἀπολαμβάνειν, gratiam capere, Dank einernten.

ἀγορανομοῦντος αὐτοῦ) aedile eo, a. u. c. 684, Ciceronis 38. Cf. Fabricius I. 1.

ἀπεκρίσατο) ἀποχρήσθαι, quod alias malo sensu, ut multa verba cum hac prae-
positione composita, e. g. ἀποτιμάω, ἀπογίνομαι, ἀπογιγνώσκω, ἀποδοκεῖ, usurpatur,
ut sit confidere, consumere, abuti, male uti, h. l. pro simplici χρῆσθαι adhibetur,
vel ut significetur, Ciceronem Siculorum munificentia alio modo, ac pro solita homi-
num agendi ratione par fuerit expectari, esse usum. Tim. 16. πρὸς κάλλιστον ἔργον
ἀπεκρίσατο τῇ σχολῇ. Vid. ib. Heldum.

Ἄρποις) Ciceronis (et C. Marii) patria fuit Arpinum in Campania in agro Vols-
corum veterum, unde Arpinas dictus est. Arpi autem est urbs Apuliae, in diversa Ita-
liae parte, ut plane huc non quadret. Nisi Arpinum forte Graecis Άρποι dictum sit,
quod credere est durum. Xyl. In Marco c. 3. recte scribitur Άρπινη. Edd. Angl. itaque
scribendum credebant Άρπινοις, quod Frotscherus solus in textum recepit. — Praeter
hanc sedem suae familiae propriam Cicero in diversis quidem Italiae regionibus multa
— octodecim numerantur a quibusdam scriptoribus — praedia, sed omnium habuit

carissimum *Tusculanum*, quod antea Dictatoris Sulla fuerat. Vid. Middleton. tom. 4. p. 295. squ.

δάνεια) sc. δραχμῶν ἡ δημαρά. Teste H. Stephano etiam legitur δέκα. Sic dat Vulcobius. Illa summa conficit 48,000 fl. nostri argenti.

ἐννέα — μυράδας) i. e. 36,000 fl.

Ἐλλήνων καὶ Ῥωμαίων φιλολόγων Reiskius de suo dedit φιλολογῶν, ut sit part. verbi φιλολογῶν; quod ineptum figmentum more suo in textum recepit Huttonius. Frobenius, H. Steph., Xyl., Barton., Wytenb., Schaeferus, Frotcherus vulgarem lectionem recte tueruntur.

σπάνιον, εἴ ποτε, πρὸ δ. η. κ.) Recte sic interpungunt Schaeferus et Frotcherus.

διὰ τὸ σῶμα τῷ στομάχῳ μοχθηρῶς διακείμενον) Valetudinis causa ob stomachi imbecillitatem, vel adversa corporis valetudine propter stomachum. Coraius phrasin hanc resolvit: Ως διὰ τὸ σῶμα, δ διέκειτο μοχθηρῶς κατὰ τὸν στόμαχον, vel: Ως διὰ τὸ σῶμα τοῦ στομάχου μοχθηρῶς διακείμενον. Διακεῖσθαι simpliciter dictum est, conditione aliqua uti sive fortunarum, sive corporis, sive animi. Τῷ στομάχῳ hoc loco datus causal is est, neque a verbo διακεῖσθαι pendet. Propter stomachum, stomachi vitio Cicero corporis adversa valetudine usus est. Διακεῖσθαι ita simpliciter legitur apud Nostrum Eum. 7. κακῶς διακείμενος καὶ δυσθανατῶν. Ages. 19. ὑπὸ τραυμάτων πολλῶν κακῶς τὸ σῶμα διακείμενος. Alex. 41. πάνι πράως ἐν ἀρχῇ ταῦτα διέκειτο. Saepissime autem, quum de animi sensis atque studiis διακεῖσθαι usurpatur, additur sive res, sive persona, ad quam illa pertineant. Ita dicitur διακεῖσθαι τινι, πρὸς τινα, πράω τινι, plerumque adjectivo aliquo apposito, et animo aliquo affectum esse, bene vel male cupere, animatum esse, significat. Cf. Marcell. 29. ὡς ἔνι μάλιστα ταῖς δόξαις ἐλληνικῶς διακείμενοι καὶ πράως πρὸς τὰ θεῖα, ut qui maxime cum Graecis et pie de diis sentirent. Lucull. 9. εὐθαρσῶς πρὸς τὸν κίνδυνον διακείμενοι. Sert. 6. ἕθη, πρὸς δὲν κακῶς διακείμενα γῆγενοιαν.

Oīzīā — Παλάτιον) Avita Ciceronum domus (quam Noster vocat πατρόψαν) a P. Victore ponitur in regione urbis quarta, quae Templum Pacis dicitur, proxime domum Ponpei; at Ciceronis domus in regione decima, quae et Palatum dicitur, juxta domum Q. Catuli et aedem Diivis. Vid. Hist. Aug. ed. H. Steph. Vol. II. pag. 617. Catilina eum inquinilum appellavit, quod in aedibus conductis habitaret. Appian. Bell. Civ. II. 2. Sed domum in Palatio de M. Crasso emerat post consulatum suum. Epist. Fam. 5, 6. Barton.

παρεχώρησεν — ὥκει) altero verbo res semel acta, altera durans indicatur. Matth. Gr. Gr. §. 497.

Πομπήος — πολιτεία) „Et ipse quoque Ciceronem observabat Pompejus, multumque Ciceronis actiones Pompeji potentiam et gloriam auxere.“ Hic Plutarchus imprimis orationem Ciceronis pro lege Manilia, ut Pompejo bellum cum Mithridate gerendum demandaretur, videtur spectare.

C A P U T I X.

Στρατηγίαν — αἰνηγορεύθη) Anno u. c. 687. a. Chr. n. 67. M. Aemilio Lepido, L. Volcatio Tullo Coss. quaestioni de pecuniis repetundis praefuit Cicero, ut ipse pro Rabirio, pro Cornelio et pro Cluentio confitetur. Notandum est praeterea, munerum publicorum nomina in iis fuisse, quibus quasi nominibus propriis utentes articulum saepissime omittent. Cato Min. 8, 20, 30, 31, 42, 46. Flam. 2. Brut. 15. Mar. 5, 8, 28. Caes. 13. Pomp. 47. et saepius. Vid. Held. Aemil. et Timol. p. 138. Interdum tamen his nominibus articulus additur. Aem. 10. Crass. 12.

πρότος ἀπάντων ἀνηγορεύθη) Plurima igitur illi suffragia contigerunt.

τάς κρίσεις — βραβεύσαι) Judicia Cicero caste integreque exercere visus est.

Μάκερ) Hunc Macrum, C. Licinii Calvi oratoris patrem, diligentem fuisse patronum memorat Cic. in Bruto 67. Scripsit etiam historiarum libros, ut constat e Censorin. de die nat. 20. et Aur. Victore de Orig. gent. Rom. Quae sunt apud Valer. Max. 9, 12, 7. de hoc judicio, pugnant cum epist. ad Att. 1, 4, ut notat Cl. Middleton Vol. I. p. 132. Barton. Valerius enim Maximus refert, C. Licinium Macrum, repetundarum reum, cum M. Cicerone, qui id judicium cogeret, praetextam ponentem vidisset, misisse ad eum, qui diceret, se non damnatum, sed reum periisse; nec sua bona hastae posse subjici, ac protinus sudario, quod forte in manu haberet, ore et faucibus coartatis, inclusio spiritu, poenam morte praecurrisse. Qua cognita re Ciceronem nihil de eo pronunciasse. Igitur illustris ingenii oratorem (C. Licinum Calvum) et ab inopia rei familiaris, et a criminis domesticae damnationis inusitato pa-

terni fati genere vindicatum esse. Cic. I. l. ad Atticum: Nos hic incredibili ac singulari populi voluntate de C. Macro transegimus: cui quum aequi fuisset, tamen multo majorem fructum ex populi existimatione, illo damnato, cepimus, quam ex ipsis, si absolutus esset, gratia cepissemus. —

χείρασθαι τε τὴν κεφαλὴν — προένται) Rei enim vestibus sordidis induiti, barba promissa et capillis intonsis atque incultis in publicum prodire solebant, quo magis miserationem spectantium moverent. Nunc, quia vicisset, omnia illa doloris signa abolevit Macer. Ceterum de vi et usu verbi medii vid. Buttm. §. 135. Matth. §. 491 — 493. Th. §. 288. Rost. §. 113 et 114.

περὶ τὴν αὐλίου sc. Θύραν, apud januam, qua in vestibulum vel atrium aditus patetabat.

κατακλιθεὶς) Sic omnes, quos inspexi, libri impressi; Bodl. 3. κατακλινεῖς.

δόξαν ἦνεγεν, cuius rei Cic. ipse loco laudato ad Attic. I, 4. meminit.

ἐν ταῖς συνηγορίαις, causarum patronus.

χοιράς, scrophulae, strumae; tumor, in quo subtus concretae quedam ex pure et sanguine quasi glandulae oriuntur. Cels. 5, 28; Germanice: Kropfgeschwulst.

Οὐατίνιος) P. Vatinius, anno u. c. 707. a. Ch. n. 47. Consul creatus, ex Ciceronis in ipsum habita oratione non de optima nota pervulgatus est. Ejus hominis, cuius strumae, cuius odium, cuius consulatus in proverbiū abierunt, mores optime depictum Seneca de Const. Sap. 17. „Vatinium,“ inquit, „hominem natum et ad risum et ad odium, scurram fuisse venustum et dicacem, memoriae proditum est. In pedes suos ipse plurima dicebat, et in fauces concisas: sic inimicorum, quos plures habebat, quam morbos, et in primis Ciceronis urbanitatem effugit. Hoc potuit duritia oris, qui assiduis conviciis depudere didicerat.“ Bart. Cf. Catull. epigr. 14, 3; 54, 2. Cic. Att 2, 9.

βουλευομένου) βουλεύεσθαι secum reputare, haesitare.

εἰπεν) Sic Henr. Steph. et Mos. Solanus cum Anon. dari voluerunt, recteque derunt Reiskius, Wyttēn., Huttēn., Coraius, Schaeferus, Frotscherus pro vulg. εἰπέν.

οὐκ ἔχω — τράχηλον) Crassa cervix invercundiae argumentum. Sic apud Senec. Rhet. Excerpt. Controv. 3. Intueri quis essem, qui tam crassas cervices haberem, et Plut. in Mario 29. οὐχ οὖτα πλατὺν ἔφη φορεῖν τὸν τράχηλον, ὡς προσποφαινεσθαι καθάπτας εἰς πρᾶγμα τηλικοῦτον. Barton. Apud nos contra et Romanos homo impudens et temerarius frontis durae et ferreæ vel exsanguis dicitur. Plin. Paneg. c. 35.

Μανίλιον) C. Manilius, tribunus plebis, legem senatui invisam de bello contra Mithridatem Pompejo M. demandando tulerat, quam rem Cic. ipse in oratione pro lege Manilia suasit. V. Plut. v. Pomp. 30.

δοκῶν) In praecedentibus edd. non haberi participium istud, sine quo, aut alio quopiam hujus modi, stare sententia non possit, Henr. Steph. docet. Deest quidem in Ald. et Crat., at datur a Juntina. — Verbum ἐλαύνεσθαι, Xyl. adnotat, se non videare, quam commode legitur. Huttēn. Sed locus facillimus explicatu. ἐλαύνεσθαι est agitari, sollicitari, vexari, premi. Plebs Manilio favebat, quam ob Pompeji amicitiam atque studium in jus vocari atque ab adversarii urgeri videretur.

ἐκείνον) pro αὐτοῦ reddit ad Pompejum. Cf. Matth. Gr. Gr. §. 471. Plut. Flam. 71. Timol. 10. ibique Heldium. Ἐκείνος, ut Latinorum ille, non semper ad id referatur, quod grammaticē, quod dicunt, et loco remotum est, sed ad id, quod longius abest menti et cogitationi scribentis. Eadem est ratio pronominis ille. Cf. Liv. 22, 39. Erras enim, L. Paulle, si tibi minus certaminis cum C. Terentio, quam cum Hannibale, futurum censes. Nescio, an infestior hic adversarius, quam ille hostis maneat. Ubi hic ad Terentium, qui cum Paullo adhuc in urbe versatur, ille ad Hannibalem, licet proxime procedentem, tamen longe in Apulia absentem atque oculis mentique auctoris remotiorem, refertur.

ἱμέρας) Hanc lect. e Juntina Reiskius revocavit et comma pone αὐτοῦ posuit. Quam lect. et Wyttēn., Schaeferus, Coraius, Frotscherus tueruntur. Vulgo ἱμέραν αὐτοῦ μίαν, ὁ Κικ. μόνη κ. τ. λ.

αὐτὸν διαγαγόντων ἐπὶ τὸ βῆμα, καλούντων καὶ κατηγορούντων) Mosi Solano hic locus non satis sanus videtur. Legere jubet ἐγκαλούντων πολλῶν. Nec Xylandro placuit. Reiskius suspicatur: τῶν δὲ δημάρχων αὐτὸν διὰ ταχέων ἐπὶ τὸ βῆμα καλούντων, καὶ φευκισμοῦ κατηγορούντων. Mihi quidem ratio M. Solani magis, quam Reiskii arridet. Certo locus, ut legitur, multa habet inexpedita. Offendit primo tribunos praetorem a tribunal ad rostra duxisse, tum particula quaedam ante καλούντων desideratur. Fortasse tribuni Tullium ad rostra ducebant, ut statim se purgaret ob violatam ab ipso consuetudinem ab aliis praetoribus semper observatam. Certe inter βῆμα et καλούντων particula καὶ inserenda esset, quae ipsa a sequenti καλούντων facile absorberi potuit.

Frotscherus, fortasse auctoritate Wyttēbachii motus, adnotantis, καλούντων abesse in Cod. Cardinalis Rodolfii, nec nisi variam lectionem antecedentis διαγαγόντων esse

videri, τὸ καλούντων expunxit, quod et Coraius valere jussit, et pro διαγαγόντων legit ἀγαγόντων. In eadem lectione amplectenda antecesserat Frotscherum Schaeferus.

ταῦτα) Moses Solan. vult ταῦτά. Quod equidem hand necesse puto. Non enim eandem temporis dilationem dierum decem et quod excurrit Cicero, diebus tribus post a magistratu abituras, promittere potuit, at, se ea, quam reliquias reis exhibuisset, humanitate atque benignitate esse usurum. Neque quisquam ex recentioribus praeter Coraium vulgatam lectionem repudiavit.

στρατηγῶν et ἄρχων) hic significari praetorem, non est, quod moneam.

βουλομένου) Sic Bart. cum Anon. idem Reisk., Hutten., Schaefer., Frotscher., non improbante M. Solano, dederunt pro vulg. βουλομένων. Bodl. 3, Junt., Ald., Crat., Froben. βουλομένῳ.

εξ ὑπαρχῆς) ex tempore, in procinctu, nulla meditatione usus, εξ ἐπιδρομῆς. V. Anton. 80. Sin sensu vulgari ε. v. denuo, de integro, ut alias, accipias, cum praecedente πάλιν extiterit pleonasmus. Tamen fieri potest, ut hic quoque εξ ὑπαρχῆς sensu vulgari accipiatur, praesertim, quum in vocabulo πάλιν Graeci pleonasmum adeo non reformident, ut saepissime πάλιν αὐτόν, interdum etiam αὐτόν πάλιν inter se junquant. Cf. Timol. 23. Συραχούσιων δεομένων — γενέσθαι πάλιν εξ ὑπαρχῆς οἰκιστας. Camill. 33. φασὶ τὸν Λατίνον — ὡς ἀληθῶς ἀναμίξασθαι τὰ γένη πάλιν εξ ὑπαρχῆς. Xeonoph. Cyrop. VII, 2, 23. νῦν δὲ αὐτόν πάλιν ὑπό τε πλάτων τ. λ. Hom. II, XVI, 395.

Tῶν Ηουπτίῳ) Reisk. mavult. τῷ.



C A P U T X.

ἐπὶ δὲ τὴν ὑπατείαν — προήχθη) Cicero a. u. c. 689. in annum sequentem consul creatus est. V. Franc. Fabricii hist. Cic. ad hunc annum.

διὰ τὴν πόλιν) Has voces, quae Mosi Solano eliminandae videntur, Reiskius per diὰ τὴν πόλιν explicat, quam a Sylla constitutam Cicero servatum, Catilina convulsum ibat. Alii ob rei publicae salutem recte interpretantur.

ὑπὸ Σύλλα) Genit. doricus. Sic Froben., Coraius, Schaefer., Frotscher.; alii ὑπὸ Σύλλα, ut Henr. Steph., Xyl., Wyttensb., Reisk., Huttenius. Illa lectio significat conversionem reipubl. status, quae a Sylla, haec, quae sub Sulla facta est.

κατάστασιν ἔχειν) Vid. supra c. 3. medio, infra 35. med. ἀκμὴν τοῦ λόγου καὶ κατάστασιν λαβόντος.

βασιλεῦσιν ἐν Πόντῳ καὶ Αρμενίᾳ) Mithridatem, regem Ponti, et Tigranem, regem Armeniae, Plutarchus significat.

Λεύκιον Κατιλίναν) Luc. Serg. Catilina anno priore in Africa praetor fuerat et tunc Romanam rediit, ut consulatum peteret. Sed repetundarum accusato senatus petitionem interdixit, qua re ille adeo est acerbatus, ut hominibus nefaris, rerum novarum cupidis, se ducem adjungeret. V. Appiani Bell. Civ. II. 2. seqq. Sallust. Catil.

αἰτίαν λαυδάνειν) vel ἔχειν — in crimen vocari, accusari.

κτεῖναι ὁ ἀδελφὸν αὐτοῦ) Appianus in bell. civ. II. 2. memorat Catilinam Aureliae Orestillae amore captum vel suum ipsius filium sustulisse, ut quae ipsi, dum filium haberet, nubere noluerit.

ἄλλας τε πίστεις ἀλλήλοις ἔδοσαν, καὶ κ. ἀ.) cum aliis modis inter se fidem sanxerunt, tum hominis mactati carne gustata. Cf. Hoogeveen. de particulis p. 40.

Καταθύσαντες ἄνθρωπον) Fuere ea tempestate, qui dicentur, Catilinam, oratione habita, cum ad jusjurandum populares sceleris sui adigeret, humani corporis sanguinem vino permixtum in pateris circumtulisse. — Nobis ea res pro magnitudine parum comperta est Sall. B. C. 22.

προξενεῖν) sum hospes civitatis publicus; auctor sum, comparo.

ἀπόστασιν) Bodl. 3. ἀπόστασιν.

Η ἐντός Αἴγαπων Γαλατία) Gallia cisalpina, quae Pado amne in Galliam cispadanam et transpadanam dispescitur.

ὅσπις) v. supra c. 5. in fine.

τὰ πράγματα sc. ποιά, ut apud Romanos res pro res publica ponitur.

ἐκστῆσαι) Sic Schaeferus et Frotscherus recte dederunt, quod jam Reiskius maluit pro vulg. ἐκστῆναι. Cf. Marcelli cum Pelopid. compar. ἐξιστὰς τὸν λογισμὸν ἐνθουσιασμὸς fervor mentem de gradu movens. Phoc. 2. οὐ μένει νοῦς τοῖς κακῶς πράξασιν, ἀλλ' ἐξιστᾶται, non manet mens infortunio oppressis, sed recedit.

C A P U T X I.

οὐ μὴν ἀλλὰ) Nihilo minus, atqui, verum tamen. Cf. Hartung de Particulis II, 48.
Sensus: Licet tanta esset infirmitate res publica, ut vix per se stare, et a quoconque tanquam levis praeda auferri posset, tamen Catilina multo majora, quam res postularent, subsidia ad rempublicam evertendam sibi comparare studens, consulatum ambibat.

αἴσ συντατεύσων) vid. supra c. II. init.

*προσθήκη — ἐσομένῳ) Vulgati et Hutten. habent προσθήκην — ἐσομένου, haud commodo sensu. Bart., Wytenb., Coraius, Schaefer, Frotscherus, duobus MSS. Vulcobl. et Anon. confisi, mutarunt lectionem. Recte. προσθήκη additio, additamentum, accessio, appendix. Sic Antonius (vit. c. 62. init.) προσθήκη τῆς γυναικός (*Κλεοπάτρας*) vocatur. Infra c. XX. μᾶλλον ἂν ἔκεινοι γένοιτο προσθήκη Καίσαρι, illi magis Caesari accessionem ad salutem essent. Ceterum gen. δυνάμεως per transpositionem dependet a προσθήκῃ. Cf. supr. c. IV. μετανεγκάμενος τὸν βίον.*

ταῦτα δῆ) δή hic usurpatur, ut supra c. 5. init. particula οὐν ad interrupta orationis membra copulanda et lectorem redire jubet ad caput X. init. V. Hom. II. VII, 155. Schaeff. ad Dionys. de compos. p. 314. Cf. Hartung de Partic. I, 261, 6.

καίτοι — γεγονός) Mos. Solanus corrigeret vult in ἴττικοῦ μὲν πατρῷς, οὐ βουλευτοῦ δὲ γεγονός. Cicero solus candidatorum dignitatem senatoriam in familiam primus invexerat; caeteri etiam, qui non essent patricii, patribus tamen senatoribus nati erant. Hujus loci sensum optime declarant verba Asconii: „Sex competitores in consulatus petitione Cicero habuit; duos patricios, P. Sulp. Galbam, L. Serg. Catilinam: quatuor plebejos, ex quibus duo nobiles, L. Cassium Longinum: duos, qui tantum non primi ex familiis suis magistratum adepti erant, Q. Cornificium et C. Liciunum Sacerdotem. Solus Cicero equestri erat loco natus.“ Ergo solus erat homo nouus Cicero. Barton.

C A P U T XII.

τοὺς πολλοὺς) vid. supra c. 5. initio.

προσάγωνες) Sic recte Coraius et Frotscherus dederunt pro vulg. προσάγωνες. Vid. adnot. Coraii ad h. l. Henr. Steph. Thes. I, 100. Passovii Lex. Gr. ed. IVta II. p. 711.

οἱ κεκαλυμένοι — ἄρχειν) Illi, qui per leges Cornelias ab honoribus petendis arcebantur. Proscriptorum filii, de quibus Cic. ipse orationem habuit. Vid. Epistt. ad Atticum II, 1. Plin. VII, 30. Xyl. Dictator Sulla non solum inimicos suos proscriptis, sed eorum etiam filios paternis opibus exclusos petendorum honorum jure lege prohibuit. Auctores sunt Plut. in Sulla, Vell. Paterc. II, 28. et Dionys. Hal. I. 8., qui addit, illis etiam aditum in senatum obstructum fuisse. Itaque petentibus illis, ut, lege Cornelia abrogata, capessendorum honorum sibi potestas fieret, Cicero consul restitut. v. Quintil. II, 1, 85. et Cic. in Pisonem c. 2.: „Ego adolescentes bonos et fortes, sed usos ea conditione fortunae, ut, si essent magistratus adepti, rei publicae statum convulsuri viderentur, meis inimicitiis nulla senatus mala gratia comitiorum ratione privavi. Hinc Plinius Ciceronem appellans: „Te orante, inquit, proscriptorum liberos honores petere puduit.“

πρὸς τὴν αὐτὴν ύπόθεσιν) Eandem in republ. viam popularem secuti, aut eadem Syllanae tyrannidis criminatione freti. Sic ipse Cicero III. de lege agr. 2. „Marianus, tribunus plebis, qui nos Syllanos in invidiam rapit.“ Ibid. 3. „Video, vos commoveri orationis impudentia — quae ejusmodi causa insimulare quemquam audeat, rationes Syllae nimis vehementer defendere.“ Barton.

φυγάδας ἐκβάλλειν) Hae duae voculae idem valent, quod simplex φυγαδεύειν, in exsilium mittere, auctore Coraio, quocum facit anonym. Lips. adnotans: „Reiskius putabat post φυγάδας excidisse κατάγειν. Male. Nam sensus hic est: ἐκβάλλειν (αὐτοὺς) ὥστε φυγάδας γενέσθαι.“

Auctor hujus legis agrariae patribus admodum molestae atque infestae P. Servilius Rullus, tribunus plebis, fuit, quam Cicero tribus de lege agraria orationibus, quae etiamnunc, etsi non integrae, supersunt, impugnans id effecit, ut Rullus consilium legis

ferendae abjiceret. Sententia ejus fere haec fuit, ut Decemviri creati summaque potestate ornati agros omnes publicos extra Italiam, quibusdam in Africa exceptis, vendarent; in Italia vero silvas et possessiones omnes publicas quinque millibus colonorum dividenter; omnibusque agris publicis vectigal imponerent; ut iidem agros privatos publicare, publicos liberare possent, quaeque ex praeda, manubiis, auro coronario redacta pecunia esset, ea agros in Italia emerent plebi Romanae dividendos. Hanc legem Cicero in senatu, inito consulatu, Cal. Jan. praesente Rullo dissuasit prima oratione. Sed cum Rullus non abjiceret legis ferendae consilium, ad alteram orationem eodem die habendam, comitante senatu, in concionem populi adscendit, qua legem populo, aerario, reipublicae universae perniciosa minimeque popularem esse ostendit. Rullus nihil contra dicere ausus, consulem absentem apud populum criminatus est. Quod quum Cicero audisset, advocata concione, tertiam orationem habuit Rullumque legis ferendae consilium abjicere coegerit.

Tameiōν) Coraius dat *tameiōν*, quae forma est usitator. Cf. Lobeck. Phryn. p. 493. Jac. Aen. Tat. p. 946. τῷ νόμῳ προσεῖχον ἄλλοι, legi favebant alii v. supr. c. III. et IV. med.

ώς — γενησόμενος) Wyttens. γενησόμενοι maluit. v. supr. c. II.

ὑπὸ πλήθους δανείων) propter magnitudinem aeris alieni.

xai τοῦτο) Reiske et Hutt. sine necessitate τοῦτο dederunt, ut redeat ad Antonium; sed praestat vulg. τοῦτο, ut *huius mali mederetur*.

Makedoniac) Macedoniam, commercio Orientis divitem, Antonio sine sorte conces- sit Cicero; sibique accepit Galliam, quam provinciam mox in concione deposituit, Metello cedendam; cf. Cic. ad Div. V, 2. et in Pison. 2. „Ego,“ inquit, „provinciam Galliam senatus auctoritate, exercitu et pecunia instructam et ornatam, quam cum Antonio communicavi (commutavi fortasse rectius), quod ita existimabam, tempora rei publicae ferre, in concione deposui, reclamante populo Romano.“

